



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Exercitivm Perfectionis, Et Virtvtvm Christianarvm

In tres Partes distinctum

Rodríguez, Alonso

Coloniæ Agrippinæ, 1622

Cap. XIV. Deum non permettere quem plus tentari, quam ferre potest, & animo non cadendum, crescente vel durante tentatione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40093

CAPUT XIII.

De duabus rationibus, ut magno animo & fiducia in tentationibus pugnemus.

Basil. ser. 21. ex 28. de va- **S**ANCTVS Basilius dicit, furorem & inimicitiam, quam erga nos habet Diabolus, non solum in hominem, sed & in Deum se extendere: & quia in Deum nihil potest, nec ibi furori suo facere sati, videns hominem ad Dei imaginem & similitudinem creatum; omnem suam rabiem in hominem vertit, eo quod imago & similitudo Dei sit, quem tanto odio prosequitur, & de eo vindictam sumere conatur, quare, quid mali & damni potest, illi inferens. Quasi quis Regi valde offensus, omnem iram in eius imaginem effundat, quod contra Regem nihil valeat. Et vt taurus, dicit S. Basilius, videns se ab homine stimulatum & vulneratum, statuam & figuram inuidit, & omnem iram & furorem in illam effundit, & eam disrumpens, vt se de homine vindicet.

Hinc Sancti duas erunt rationes valde accommodas, vt animum in tentationibus addant, & fiduciam parent, vt de ijs victoria potiamur. Prior est, quod hic non de solo nostro, sed & de Dei honore agitur, quem Diabolus iniuria afficeret, & pernos offendere conatur. Cui tam forti nos animo occurrere oportet, vt potius vitâ perdere, quam deficere velimus, nec Diabolus voti sui compos fiat, quod contra Deum hanc vindictam querat in nobis, vt in eius imagine, quam ipse tantopere amat, & tanti estimat. Adeo vt iam non solum partem nostram defendamus, sed & pro Dei parte & causa stemos, ideoque potius hic moriendum, quam consentiendum, ne Dei honor detrimentum patiatur.

Ergo & Deus in partem veniet auxiliū. Posterior est, quandoquidem Diabolus propter Deum & odium, quo diuinam eius Maiestatem prosequitur, nobis bellum mouet; certo nobis sperandum & confidendum, Deum causæ nostræ adfuturum, & hoc negotium vt suum cura-

turum, & nobis adfuturum, ne vincamus & superemur, sed vt inde victoriam & triumphū referamus. Nam & in mundo videre est, si quis Rex vel magnus Princeps videret quempiam sua causa & respectu in angustijs & tribulatione positum, statim accurris, & negotium vt suum defendit. In libro Esther dicitur, quod Mardochæi causa Amman omnes ludeos in periculum mortis adduxerat: sed Mardochæus ira, negotium verterit, vt Amman & suis mensura illa mensus fuerit, qua illi metiti nitebatur. Multo hoc facilius faciet Deus, ideoque audacter Deo dicere licet: *Exsurge Deus, iudica causam tuam. Apprehende arma & scutum, & exsurge in adiutorium mibi.*

CAPUT XIV.

Deum non permettere quem plus tentari, quam ferre potest, & amon non cadendum, crescente vel durante tentatione.

FIDEIIS autem Deus est, quin non patitur vos tentari supra id, quod potest, sed faciet etiam cum tentatione prouenientem, ut possitis sustinere: ait sanctus Apostolus Paulus, sed crescente temptatione, crescat & auxilium & fauor ad vincendum, & de hostibus vestris triumphum agendum, & lucrum ex temptatione referendum. Magnæ consolationis hæc res est, & quænum in temptationibus addit: Vna ex parte nobis constat, Diabolum non plus posse, quam illi à Deo permittitur, nec vel minimum temptationem augere. Alia ex parte certi sumus, Deum non permisurum, nec licentiam daturum, vt plus nos tentet, quam tolerare possumus: vt hoc loco ait Apostolus: *Quis ergo non se consoletur, & animum suum? Non est medicum reperi, qui tandem cum sollicitudine ponderat & taxat Dōm̄ aloses vincias, quas ægro dari conuenit, secundum subiecti morbi dispositionem;*

vt medicus & physicus ille cœlestis ponderat & taxat alocem illam temptationum & tribulationum, quam seruis suis vult dare, vel dari permittere secundum cuiusque vires & robur. Dicit sanctus Abbas Ephrem: Si filius, qui ex luto va-
sa fingit, & fornaci imponit, exacte tem-
pus nouit, quo illaigne excoqui necesse est, vt bene temperata, percocta, & ho-
minum vībus accommodata, extrahan-
tur, nec diutius igne excoqui patitur,
quam par est, ne comburantur & rum-
pantur; nec etiam breuior ad id tempo-
revntur, nec incocta & maribus sublata
rumpantur: quanto magis Deus sic no-
biscum aget, cuius infinita est sapientia
& bonitas, & paterno & magno nos am-
re profecuitur.

Sanctus Ambrosius in illud Matthæi:
Ascendente Iesu in nauiculam, sequuntur sunt
sum discipuli eius, & ecce motus magnus fa-
ctus est in mari, ita ut nauicula operiretur
futibus: ipse vero dormiebat. Dicit no-
tandum esse, etiam Dei electos, & qui
in eis sunt consortio, temptationibus ex-
agitari, & subinde se dormire simulare,
amorem, vt bonus pater, quem ad nos
filios habet, abdetem, vt tanto plus ad
illum accurrant; sed ait, Deum non dor-
mire, nec nostri oblitum esse.

Dicit Propheta Habacuc: Si moram fe-
terit, expœcia illum, quia veniens veniet, &
non tardabit. id est, citissime veniet. Vi-
detur tibi tardare Deus, sed vere non tar-
dat.

Nox ægrotō longa videtur, & diem
tardare; sed sic se res non habet, non
tardant, sed suo tempore adsunt: Sic
nec Deus tardat, quamvis tibi vt ægrotō
ita videatur. Ipse tempus & oportunita-
tem nouit, & necessitatis tempore ade-
tit.

Ad hoc propositum allegat sanctus Au-
gustinus, quod Christus Scrutator noster
Maria & Marthæ Lazari sororibus re-
spondebat: Infirmitas haec non est ad mor-
tem, sed pro gloria Dei, ut glorificetur Filius
Dei per eam. Iussent ei nuntiari, Lazaru-
rum amicum cius infirmari, & duos dies

expectauit, & eo non iuit, vt insignius es-
set miraculum.

Eodem modo & Deus cum seruis suis agit, relinquit illos aliquo tempore in temptationibus & tribulationibus, vt eorum oblitus videatur. Sed non eorum oblitus est, sed ei propositum illos post maiore cum gloria & triumpho eructe. Ut enim Ioseph multo tempore in carce-
re detineri permittebat, vt inde illum post cum honore & gloria liberaret, vt & fecit, constituens illum totius Aegypti ec-
clœstem. Eodem modo, ait, & tibi per-
suadendum; si enim moretur Dominus,
& permittit temptationem durare, id ideo fieri, vt post te maiore tuo commodo &
profectu inde eruat.

Idem notat & sanctus Ioannes Chry-
stostomus in hæc verba: Qui exaltas me de Psal. 9. 15.

pōrtis mortis. Aduertendum, ait, Prophe-
tam non dicere: Liberas me de portis mortis, sed exaltas. Deus enim seruos suos non solum à temptationibus non li-
berat, sed eos progreedi patitur, ijsdem il-
los eminentiores & insigniores reddens.
Et quantumlibet te depresso sentis, &
licet tibi videaris usque ad inferni portas
peruenisse; tamen fidendum tibi est,
Deum te inde eruturum: *Quia Dominus*
mortificat & viuiscat, deducit ad inferos &
reducit, dum videris tibi iam perditus es. Hincque dicebat S. Iob: *Etiam si occi-*
derit me, in ipso offerabo. *Iob. 13. 15.*

Sanctus Hieronymus recte examinat *S. Hieronymus.*
factum illud Ionæ Prophetæ, qui putans

Iona 2.1.

iam se perditum, & nullum remedium su-
peresse, sed se in mari (quo præcipitaba-
tur) submergendum: *Preparauit Domi-*
nus pisces grandem, ut deglutiaret Ionam,
vt illum reciperet, feruaret, & in terram
exponeret, non vt deuoraret, sed vt pisce
tanquam nauis in littus appelleret. Ani-
aduertendum est, quod ubi putabatur in-
teritus, ibi custodia est & vita, ait sanctus Hieronymus.

Idem & nobis ait contingere, qui
putamus nobis esse perditioni, quod lu-
cro est, & quod mortem, vita est. Ut e-
st aptum f-
num qui vas vitreum ab gestulatoreva-
mile.

tie iaci videt, timet ne in terram labatur, & disrumpatur, sed posteaquam bis ter-
ve est proiectum, metus eximitur, lau-
datque gestulatoris dexteritatem, ac
miratur.

Eodem modo & serui Dei, quod habi-
lis & dexter sit Deus, & longo rerum vnu-
& experientia probatus, optime nobis-
cum ludere nouerit, nos exaltando &
humiliando, vulnerando & sanando, id-
circo nec prospera nec aduersa meruant,
licet se fragiles & quasi vitreos norint;
sciunt enim boni artificis manibus
se teneri, qui vitream illam phialam non
Tsal.30.16. franget, nec labi sinet. In manibus tute sor-
tes mea.

In Ecclesiastica historia refertur, di-
xisse Abbatem Isidorum: Iam quadra-
ginta annos cum uno vno vito pugno, &
Isidorus Ab-
bas. nunquam consensi. Et de alijs sanctis
monachis similia exempla continuorum
& longarum temptationum leguntur, cum
Baruch 3.26. quibus magna fiducia & labore dimica-
bant. Illi fuerunt gigantes scientes bellum,
quos tanquam bello expertos nos imita-
ri oportet.

Cypr. l. de ex-
hort. martyr.
Esa. 43.1. Sanctus Cyprianus, vthic nobis fidu-
ciam & animū addat, allegat illud Esaiae:
Nolite timere: Quia redempte, & vocauit te
nomine tuo; meus es tu. Cum transferis per
aqua, tecum ero, & fluminis non operien-
te: cum ambulaueris in igne, non combure-
ris. & flamma non ardebit in te: quia ego Do-
minus Deus tuus, Sanctus Israel Salvator
tuus. Ad hoc etiam multum faciunt blan-
da illa & suavia verba, quae per eundem
Esa. 66.11. Prophetam dicit Deus: Ad vbera portabi-
mini, & super genua blandientur vobis.
Quomodo si cui mater blandiatur; ita ego
consolabor vos. Aduerte, quanto amore &
suavitate mater infantem recipit, dum
quid timens ad eam accurrit, quomodo
illam amplexatur, & vbera dat, quomo-
do os ori eius applicat, & illi blanditur &
fouet. Maiore multo tamen amore, &
blanditijs amplexatur Deus eos, qui ad
eum in temptationibus & periculis accur-
runt. Hoc dicebat Propheta sibi in ten-
tationibus & tribulationibus magno so-

lato fuisse, & vires & animū suggesti-
se: Memor esto verbi sui seruo tuo, in quo mihi
hispem dedisti. Hac me consolata sit in hu-
militate mea, quia eloquium tuum vniuersa-
uit me. Idem & nobis solatio esse debe-
ret, & nobis animū dare, & fiduciam in
temptationibus addere: Deus enim verbis
suis deesse non potest. Impossible est men-
tiri Deum: dicit sanctus Paulus Apolo-
lus.

CAPUT XV.

Sibi diffidere, omnemque in Deo
spem ponere, magnum esse medium
ad temptationes superandas, & quid
causæ sit, quod Deus tam suc-
currat, qui in illo con-
fidunt.

Si bī diffidere, & omnem in Deo fide-
riam ponere, singulare & efficacissi-
ma est medium ad victoriam & triun-
phum de temptationibus adipiscendum.
Hincq; videre est, Deum in multis facte
Scripturę locis non aliam assignare ratio-
nem, ob quam aliquę protexerit, & tem-
pore tribulationis & temptationis libera-
uerit, quam quod in illo sperauerit, & il-
li filius sit. Quoniam in me sperauit, liberabo 7/123
eum. Qui saluos facit sperantes in te. Pro-
prietor est omnium sperantium in se. Vnde Ec-
clesia illam orationem sumpit: Protex-
in te sperantium Deus. Et Psalmo 56. idem 7/123
allegat, & Deo proponit Propheta, vili-
lum obliget, ad illi misericordiam exhib-
endum: Miserere mei Deus, miserere mei
quoniam in te confida anima mea. Et in um-
bra alarum tuarum sperabo. Idem & Pro-
pheta Daniel facit: Quoniam non est con-
fusio confidentibus in te. Et Sapiens ait, ne-
minem vñquam in Deo sperantem con-
fusum fuisse: imo tota sacra Scriptura si-
milium sententiarum plena est: de quo 7/123
superius planius diximus, & ideo necesse 7/123
non erit hic pluribus de eo agi.

Sed videamus, quid causæ sit, quod hoc
medium tam sit efficax, id auxilium a
Deo